

Dissertatio Academica

De Allegoria.

D:MO ANDREAS FLORIN

Vicario Pafioyi ac S:as: Cujae in Landois & Kofere

Partem Priorem,

Consensu Fac. Philos. R. Acad. Aboensis,

P R Ä S I D E

**M. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,**

**ELOCV. PROFESSORE REG. ET ORD. R. ACAD. LITT. HUMAN,
HIST. ET ANTIQUIT. MEMBRO,**

Pro Gradu

Publicæ bonorum censuræ submittit

ANDREAS GUSTAVUS FLORIN,
Tavastia Fenni,

In Auditorio Majori die XIV Aprilis

An. MDCCXCII,

Horis ante meridiem consuetis.

ABOÆ Typis FRENCKELIANIS.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo

D:no ANDREÆ FLORIN,

Vicario Pastori ac Sacellano in Lampis & Koskis
Meritissimo,

Parenti Indulgentissimo,

Hus pagellas, in tesseram animi venerabundi, ob innu-
ra recepta beneficia vere Paterna gratissimi, filialique
pietate eternum arfuri, sacras voluit,
Optimi Parentis

Pto Gradiu

ANDREAS GUSTAVUS FLORIN.


al. Anno 1710. die XVII. Aprilis

MDCCXCI.

al. alio nomine obsequentiissimus

ANDREAS GUSTAVUS FLORIN.

ABOVE TYPIS BRENCERIENSIS.



Allegorice vocabulum aut *latiori sensu* sumitur, quo
ad plerasque pertinet artes Elegantiores, (in pri-
mis Graphicas,) atque signum naturale aut imaginem
quameunque denotat, quæ loco rei designatae ponit
tur (a); aut *angustiore significatu* frequentatur, quatenus in *Oratione* adhibetur sive Prosa sive Ligata: in-
tra quem usum hujus rationis contractiorem nosmet
hoc tempore restringimus. Hanc igitur significatio-
nem amplexi Rhetorices Magistri, Allegoriam definire
solent *Tropi ejusdem* (in primis *Metaphoræ*) continuatio-
nem, quæ nempe per *integram fit sententiam* (b), aut
per plures adeo sententias. Qui igitur cum VOSSIO (c)
A du-

(a) Vid. SULZER Allgem. Theorie der schönen Künste, voc:
Allegorie, & BLAIR Vorles. über Rhetorik und Schö-
ne Wissenschaften. II Th. XVI Vorles. p. 64.

(b) Vid. ERNESTI Init. Rhetor. P. II. C. IX. §. 333. Recte
docuit vir immortalis, Allegoriam nisi in sententia
integra non esse statuendam. Debet enim imaginem
exhibere, quæ etiam per se atque sola possit exis-
tere ac spectari, sed jam ad aliam rem, ei similem,
repräsentandam & significandam adhibetur.

(c) Commentar. Rheticor. L. IV. C. XI. §. 2.

duplex *Allegoriæ* genus constituunt, *pura* & *mixta*,
 parum accuratam ejus notionem animo informantes,
 cum Tropi adliberi cœpti conservatione quacunque,
 illam confundunt (d): quamobrem hæc distinctio o-
 mnino

(d) Quoties vocabulum additur proprium, vel quod
 rem aperte demonstrat quam imagine adhibenda
 significatam volumus, Allegoria illico perit, ac in
 Metaphoram mutatur, quantumvis hæc ceterum lon-
 ga fuerit ac diligentius continuata. Unde recte SUL-
 ZER (l. c. voc. *Metapher*): Sie (die Metapher) ist von
 der Allegorie darin unterschieden, daß diese das Bild,
 aus dessen Ähnlichkeit mit einem andern wir dieses andre
 erkennen sollen, allein vorhält, da bey der Metapher bey-
 der zugleich erwähnt wird. Et HOME, "An Allegory (in-
 quir) consists in chusing a subject having prop-
 erties or circumstances resembling those of the princi-
 pal subject; and the former is described in such a
 manner as to represent the latter: the subject thus re-
 presented is kept out of view; we are left to discover it
 by reflection; and we are pleased with the discovery,
 because it is our own work. --- In a word, an Al-
 legory is in every respect similar to an hieroglyphical
 painting, excepting only that words are used instead
 of colours. Their effects are precisely the same: a
 hieroglyphic raises two images in the mind; one
 seen, which represents one not seen: an Allegory
 does the same; the representative subject is descri-
 bed; and resemblance leads us to apply the descri-
 ption to the subject represented." *Elements of Cri-
 ticism*, Vol. III. Ch. XX. Sect. VI, p. 126. & p. 128.
 Concinit BLAIR l. c. Die einzige wesentliche verschieden-

monio rejicienda est. In vera Allegoria *signum*, sive
imago sola, menti sistitur; *signatum* vero ipsum no-
stræ sagacitati quasi divinandum relinquitur, non ver-
a 2 bis

heit, welche zwischen beyden statt findet, besteht außer
dem umstände, daß die eine kürzer, die andere aber von
weiterem umfange ist (id quod nec semper valet) bloß
darin, daß die Metapher durch die mit ihr verknüp-
ten, und in ihrer eigentlichen bedeutung zu nehmen-
den worte, sich jedesmal selbst erklärt; die Allegorie
hingegen von dem wörtlichen ausdrucke, ihrer natur nach
weiter entfernt seyn kann, so daß die erklärung nicht im-
mer ausdrücklich gegeben, sondern osi dem eigenen nach-
denken des lesers überlassen wird. Exempla rem opti-
me illustrabunt. *Mali Corvi malum ovum* (ut no-
strum: Äpplet faller ej längt ifrån trädet) Allegoria est,
significans liberos parentum plerumque ingenia ser-
vare ac mores imitari; sed in *Ciceronis illo*, (in exor-
dio *Orationis Milonianæ C. II.*) "Equidem cæteras
tempestates & procellas, in illis duntaxat fluctibus
Concionum, semper putavi esse Miloni subeundas,"
non est nisi Metaphoræ conservatio. Similiter de
hac ejusdem sententia judicandum est (*Orat. in Pi-
sonem C. IX.*) "Neque tam fui timidus, ut qui in
maximis turbinibus ac fluctibus *Reipublicæ* navem
gubernassem, salvamque in portu collocasem, fron-
tis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum
spiritum pertimescerem." Sed quæ mox subjungi-
tur, veram exhibit Allegoriam: "Alios ego vidi ven-
tos, alias prospexi animo procellas, alii impen-
dentibus tempestatisbus non cessi, sed his unum me
pro omnium salute obtuli."

bis perspicuis simul indigitatur. Ex *Metaphoris* continuatis Allegoriam præcipue existere, non sine causa addidimus: cum neque multa neque illustria admodum sint (si cum illis compares quæ ex *Metaphoris* dueuntur) exempla Allegoriarum ex continuata vel *Metonymia* vel *Synechdoche* natarum (e); Ironiae autem continuatio, per quam nec ulla gignitur imago, hic minime pertineat (f). Quare tanquam ex *Metaphoris* tantum conflatam, Allegoriam omnem in sequentibus considerabimus (g); de cuius indole, laudibus

(e) Qualis nota illa est sententia: *sine Cérere & Baccho friget Venus.* Cfr. VOSSIUS I. c. §. 1.

(f) Vid. VOSSIUS l. c.

(g) Re ipsa nobis, qui ex Metaphoris oriri Allegoriam statuimus, non repugnant qui Metaphoram non nisi Allegoriam esse quasi in compendium redactam, docent. Ita CAMPBELL (*Philosophy of Rhetoric*. Vol. I. B. I. Ch. VII. Sect. II. p. 194): *Metaphor is an Allegory in miniature; & adhuc diligentius SULZER I. c.* Die Sprachlehrer sagen ins gemein, die Allegorie sey eine ausgedehnte oder fortgesetzte Metapher: richtiger und dem ursprung dieser dinge gemäßer würde man sagen, die Metapher sey eine Kunze und im vorheygang angebrachte Allegorie. Denn diese ist eher, als die Metapher gewesen. Utroque modo proponi res potest. Nobis tamen, in memoriam revocantibus, Metaphoram non tam plenam aliquam sententiam, quam quasi laciniat tantum sententiaz fere exhibere, illam potius ut partem vel tanquam fragmentum Allegoriae,

dibus & usu, praeuentibus viris doctissimis, breviter
disputare constituimus, materiem non indignam exi-
stimantes, in qua expendenda vires juveniles exerce-
reius, operamque collocaremus nostris & amico-
rum communibus studiis frugiferam.

§. II.

Ortum rationis Allegoricæ, ac vim quam habet,
mentem nostram vel lucidius vel ornatius vel effica-
cious fistendi, difficile non erit explicare. Inopia lin-
guæ, quæ non potuit non magna ubique paupertate
initio laborare, cujusque opes maximam partem ne-
cessere fuit, verbis constare, non nisi res actionesque
in sensu cadentes significantibus, homines mature

A 3

coëgit

quam instar hujus quasi contractæ & breviter propositæ,
considerare placet. Compares Allegoriam: *hoc leone*
in campum prodeunte, reliquæ feræ latibula mox quæ-
que sua paventes petierunt; cum Metaphora: "Hoc leo-
ne prodeunte, prædones reliqui metu territi ad sua
,,quiique castella repente confugerunt." Nonne pa-
tet, imaginem in illa plene exhibitam, imperfecte
ac quoad partem modo in hac sisti, & reliquum sen-
tientia membrum per verba propria explicari? Non
nisi imperfectas quasdam integræ imaginis partes, in
his adduci; quis non videat, iram mollire vel fran-
gere, ignorantia est mater vitiorum, juventa fervidus,
doctrinam imbibere &c? Utra illarum rationum prior
fuerit, difficile credo erit in universum definire?

* * *

coëgit ad subsidium translationum & imaginum frequentandarum consurgere, sibi maxime familiarium & obviarum: quæ ubi scite ex rebus deligebantur aut gratis ac jucundis, aut magnis ac illustribus, aut terribilibus ac atrocibus (& sic porto); ideis associatis accessoriis novam gratiam aut novum vigorem, rebus describindis addebant, vel rudi cuique ingenio facile sentiendam, atque sic *idearum* quam vocant *associatione* & *Phantasiae* vi cooperante, & divitias & laudes alias linguae insigniter mox angebant. Nempe hac in re, quod in multis aliis, accidit, ut quod necessitas primum suggereret atque tentare cogeret, id voluptas deinde arriperet, poliret atque exornaret (h). Itaque cum lingvas omnes antiquas & nondum diligenter excultas, sensuali valde habitu ornatas comprehendimus, tum eundem hunc habitum apud omnes gentes, etiam cultissimas, orationi ornatiōri ac in primis Poëticæ (utpote ad delectandum maxime com-

(h) Quare CICERO de hac ipsa transferendorum verborum ratione loquens, dicit: *necessitatem eam primum effigiuisse, inopia coactam & angustias; post autem delectationem jucunditatemque celebrasse.* Nam, addit, ut non vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepit ad ornatum etiam corporis & dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopie causa, frequentata delectationis. (de Orat. L. III. C. 38.) Cfr. zoïde hac re pluribus egregie commentantem BLAIR l. c. XV. Vorles. p. 14-23.

paratæ), deinde adhæsisse. Præterea certatim post ARISTOTELEM observarunt Artis Magistri, non pa-
rum ad rationem commendandam Metaphoricam at-
que Allegoricam pertinere, quod sensualibus adhiben-
dis imaginibus duas quasi res simul menti distincte
objiciamus, (nempe ideam principalem, in primis ex-
primendam, & accessoriā ei adjunctam, sive speciem
figuratam sub qua illa exhibetur): quarum similitu-
dine animadvertisse, mens jucunde afficitur (i). Ea-
que

(i) ARISTOTLES Art. Poët. C. IV. Qui dicit: *Gaudere
omnes rebus imitatione expressis, naturale est.* Cui
quidem rei signo est, quod contingit in operibus artifi-
cum, quæ enim ipsa per se non sine molestia quadam
cernimus, borum imagines exactissime expressas dum in-
tuemur, gaudemus: veluti & belluarum formas imma-
nissimarum & cadaverum. *Causa vero etiam luxus rei*
est, quod discere (perspicere) non solum Philosophis ju-
cundissimum est, sed etiam aliis, qui similiter quidem,
tametsi minus exalto, jucunditatis ejus participes fi-
unt. Ob hanc enim crassam gaudio afficiuntur, dum
cernunt imagines; quia contingit spectando perdiscere,
& quod unum quodque sit ratiocinari, &c. Cf. SUL-
ZER l. c. voc. *Ahnlichkeit.* Comparat scil. nobis hæc
ratio, monente alio viro doctissimo das vergnügen
zwey gegenstände zu gleicher zeit und doch ohne verwir-
rung vor augen zu haben; nähmlich die ausdrückende
Hauptidee und den begleitenden Nebenbegriff, oder das
figurliche gewand in welchem uns jene dargestellt wird.
Wir nehmen, wie sich Aristoteles ausdrückt, einem ge-
genstand in dem andern Wahr: eine sache die unserem

que similitudo observata, non modobvini in animos
eam habet, ut reservividius sentiatur constantiusque
menti inhæreat, sed hac simul dote pollet, ut argu-
menti cuiusdam instar ad fidem persuationemque gig-
nendam conferat (k): quare inter his ab ARISTO-
TELE (l) non modo *Exemplia* referuntur, (ex quo
rum

genie jederzeit angenehm ist: denn nicht macht unserer
Phantasie mehr vergnügen, als die bemerkung von ähn-
lichkeiten, und überhaupt jede art von vergleichung. BLAIR
I. c. XV. Vorles. p. 25 sq.

(k) Vid. CAMPBELL N. c. V. I, E. I, Ch. VII p. 193; qui
FABIT quoque egregiam adducit observationem; Præ-
dicta, terea, onescio quomodo etiam credit facilius, quæ
audienti jucunda sunt, & voluptati ad fidem duci-
ni mititur. Institut. Orat. L. IV, C. 2, §. 119. Concinit
populari suo BLAIR, qui I. c. p. 28 dicit: Ein Bild, in
welchem sich eine so auffallende Ähnlichkeit zwischen einer
Sinnlichen und Moralischen Idee, zeigt, vertritt die stelle
eines Analogischen Beweises, und wirkt, gleich ihm, auf
die überzeugung des Lesers. Quis kanc persuadendi yim
in his v. g. Allegoriis non sentiat?

Nunc adibibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer,
Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu. (HORAT. Epist. L. I. 3, v. 68. sqq.)
Concute, numqua tibi vitiorum inseverit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala; namque
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Id. Sermon. L. I. Sat. 3, v. 34. sqq.

(l) Art. Rhetor. L. II, C. XXI.

rum copia vera *Inductio* oritur), sed etiam *Parabolæ*
(*Collationes*, *Similitudines*) atque *Fabulæ*, quæ *Ana-*
logicam quandam vim demonstrandi habent, quarum
que cum *Allegoria* cognatio, cum ex modo dictis,
tum ex infra dicendis, facile intelligi poterit. Ita hæc
ratio non modo majorem lucem ideis nostris præbet,
(in primis abstractis, quibus quasi corpus induit), ut
melius sentiri commodiusque cogitatione comprehen-
di possint, & sic ad cognitionem rerum magis intuiti-
vam reddendam valet; sed etiam vim idearum vivi-
diorem & fortiorum reddit, majori brevitate, motu,
celeritate, & quasi vita illis addenda (m). Ac *Alle-*

B *goria*

(m) Quare BLAIR l. c. inter commoda universi hujus
generis merito refert. Dass sie den darzustellenden Hauptbe-
griff offi in ein weit helleres und auffallenderes Licht sch-
en, als dieses bey dem gewöhnlichen und von der be-
deutenden nebenidee entkleideten ausdrucke der fall gewe-
sen seyn würde. In der that ist dies einer ihrer wichtig-
sten vorzüge, und man kann in dieser rücksicht mit recht
von ihnen sagen, daß sie sehr geschickt sind, den vortrag
fasslicher und lichtwoller zu machen. Sie verleihen der i-
dee, zu deren bezeichnung sie gebraucht werden, eine mah-
lerische gestalt; verwandeln einen abgezogenen begriff ge-
wisser maßen in einen sinnlichen gegenstand, und ver-
knüpfen ihn mit solchen nebenumständen welche die See-
le in den stand sezen, denselben fest zu halten und mit
muße zu betrachten. Etc. Cfr. SULZER l. c. voc. *Alle-*
gorie. *Cui hoc ipsum, in periculis magna fortunæ*
ab HORATIO graphicæ depictis, non appetet?

gōia p̄ræ reliquis generibus hoc habet proprii, quod signo rei solo menti primum objiciendo, hanc fortius totam occupet, attentione ejus (non divisa) imaginis soli comparata; cujus mox significacione animadversa, res ipsa significata tanto accuratius atque celerius illa etiam, omni sua luce resfulgens, animo sistitur. In primis cogitationes compositæ, ob multitudinem idealium ad eas pertinentium difficileius alioquin uno quasi mentis obtutu comprehendendæ, hac ratione commode, ne dissipentur, contineri & fixæ servari, atque sic integræ objici animo possunt (n). Quibus

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
aujund. Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes. (*Carm. L. II. Ode X.*)
Aut in malo avaritiæ inflatiabilis ab eodem adumbrato?
Crèscit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit, nisi caussa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore langvor. - (*Ib. Ode II.*)

Aut in brevi hoc consilio de urgendo gnaviter, dum
licet, opere quod aggressi sumus? -

Tu dum tua navis in alto est
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
(*Epist. L. I.*)

Cui præcepto vulgare nostrum: Man bør sinda så
långe järnet är varmt, egregie concinuit. Quibus
sexcenta alia facile addi possint exempla.

(n) Cfr. SULZER I. c. voc. Bild,

rebus omnibus, mentis operationes variæ mirum in modum adjuvantur, facilioresque, commodiores & feliciores redduntur.

§. III.

Sed has laudes Allegoria ut attingat; non est perinde quomodo cunque vel adornata fuerit vel adhibita. Itaque & leges quibus parere debeat, quo probabilis atque egregia habeatur, explicandæ sunt, & de justo prudentique ejus usu quædam monenda. Ad leges igitur conformanda est easdem, quæ omnibus cujuscunque generis imaginibus, in Oratione adhibendis (in primis Metaphoræ, cuius continuationem esse vidimus) præscribuntur: primum ut vera sit, hoc est, ut imago quæ menti quasi spectanda sistitur & ipsa per se naturæ rerum consentiat, nihil continens absoni vel sibi quod repugnet, & cum re adumbranda similitudinem offerat accuratam atque illustrem. In priorem hujus legis partem peccat Allegoria, si ex partibus conflatur diversæ plane, vel contrariæ adeo, indolis, quæ in unum coire aut imaginem quandam probabilem efficere recusant, monstrum potius quoddam atque somnium turpe ac deformè exhibentes (o).

B 2

Alte-

(o) Qualis illa est tempestatis descriptio quam ridet ingeniosiss. vel POPE vel SWIFT (neei Sadæs Ch. X).

*The gaping clouds pour lakes of sulphur down,
Whose livid flashes sickning sunbeams drown.*

Alteram ejusdem præcepti partem spernunt, qui species adhibent rei adumbrandæ parum similes, quæ itaque hanc exprimere aut menti quasi spectandam si stere omnino non valent, multo minus animum facile atque celeriter, ipsa similitudine rei excitatum, in rem significatam convertere potis sunt. Quare nec a rebus peti imago debet re significanda admodum vel majoribus vel minoribus, vel ei contrariam adeo vim habentibus, sed ex iis quæ accuratam (& respectu qualitatis & quantitatis, ut loquuntur) ac luculentam cum eadem ostentent similitudinem (p). Ubi tamen vere non minus quam acute observant doctores, imaginum loco res adhibendas non esse genere & cognatione rem significandam nimis prope contingentes (ex. g. quæ ad idem genus aut adeo speciem, ut Philosophi nostri

Aut absurdus hic versus Allegoricus, quo amici sui calamitatem deploratus (cui conjugium nuper celebratum, unde scil. felicitatem speraverat, per mortem uxoris inopinatam, dolorem acerbum peperit) quidam cecinit:

Från Sunnan blåser upp det bissra kalla Nordan.

(p) Unde in rebus gravibus atque severis imagines ludicræ, in sublimibus humiles adhibitæ, effectum habent consilio adhibentis plane inimicum; ac notum est, ad risum excitandum nihil esse aptius, quam res magnæ parvis, parvæ magnis, ac contrariae, discrepantes, discordes atque dissidentes sibi invicem assimilate. Cfr. SULZER I, c. voc. *Wild*.

nostri dicunt, pertinent), quarum hinc similitudo nimis facilis, familiaris & tritæ quasi observationis, sub identitatis (venia sit verbo) quam similitudinis forma potius menti objicitur; sed longius remotas, inter quas conspicua tamen similitudo oblietaryi possit: quæ quo minus necessitudinis atque communionis promittere primo intuitu videntur, eo majorem deprehensa deinde similitudo perspicua delectationem, ex ipso etiam insperato auctam, animo parit (q). Deinde facile in-

B 3

telli-

(q) CAMPBELL I. c. p. 192: "It is evident, that though the mind receives a considerable pleasure from the discovery of resemblance, no pleasure is received when the resemblance is of such a nature as is familiar to every body. Such are these resemblances which result from the specific and generic qualities of ordinary objects. What gives the principal delight to the imagination, is the exhibition of a strong likeness, which escapes the notice of the generality of people. The similitude of man to man, eagle to eagle, sea to sea, or in brief, of one individual to another individual of the same species, affects not the fancy in the least. What Poet would ever think of comparing a combat between two of his heroes to a combat between other two? Yet, nowhere else will he find so strong a resemblance. Indeed, to the faculty of imagination this resemblance appears rather under the notion of identity." Et SULZER I. c. voc. Ähnlichkeit: Ge entfernt das nachgestaltete Bild seiner Natur nach von dem Urbild ist, so lebt haster rührst die Ähnlichkeit. In den Bildern de-

telligitur, *Allegoriam*, non minus quam imaginem aliani quamcunque, ut placeat, a rebus duci debere decoris atque honestis; aliter offendet animos bene natos atque judicio sensuque pulcri incorrupto praeditos, potius quam delectabit (r). Tum imago adhibita

Sprache und in den gleichnissen kommt ein großer theil des vergnügens von dem weiten abstand des Bildes von seinem Urbild her. Wer in der Natur einer Pflanze rüchige ahnlichkeiten mit Moralischen gegenständen entdecket, der hat etwas selneres bemerkt, als der, welcher sich dahelben in einem Thier bemerket hat. Aus eben dieselben gründe gesellen die Fabeln, worin die handelnden Personen thiere sind, besser als die menschlichen; denn die Ähnlichkeit zwischen Thieren und Menschen ist entfernter, als zwischen Menschen und Menschen. Ein Gleichnis gefällt mehr als ein Beispiel, und ein Gleichnis von sehr entfernten gegenständen mehr als eins von nahen.

(r) Unde CICERONI merito displicebant tales translationes. "Quoniam, inquit, hæc vel summa laus est verbis transferendis, ut sensum feriat id quod translatum est; fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos, qui audiunt, trahet similitudo. Nolo morte dici Africani castratam esse Rempubli- cam: nolo stercus Curiæ dici Glauciam: quamvis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio similitudinis." *De Orat.* L. III. C. 41. Neque igitur credo probaturus fuisse summus Orator similitudinem Illustris VERULAMII, quamvis cæterum ingeniosam, qui ostensurus Principem rectius pecuniam publicam ad industriam civium multiplicem exci-

bita rem offerat animis auditorum lectorumve notam atque familiarem, ut phantasia amplecti eandem, atque mens, ex comparatione obvia, ad rem significatam promte atque facile referne illam valeat: sine qua dote, Allegoria clara atque perspicua non erit, sed in *Ænigma* degenerabit obscurum, dubitationem afferens molestam & tædiosum divinandi laborem (s).

Alia

tandam atque adjuvandam adhibere, quam in æratio infructuosam condere, cum smo eandem comparat, qui in sterquilino coacervatus, nulli usui est, sed per agros sparsus ad eosdem fœcundandos & lætas segetes gignendas, vehementer confert?

(s) De *Ænigmatum* indole Cfr. Vossius *Comment. Rhetor.* L. IV. C. XI. S. 5. His olim omnes fere usas esse gentes minus cultas, ad ingenia cum acuenda tum expedienda atque exploranda, constat. Cui *Ænigma Simsonis* (non illud liberali admodum animo propositum, nec ad justas leges ænigmatis conformatum) ignotum est? *Judic. XIV.* Cui iter & consilium Reginæ Sabæorum inauditum est, quæ R. Salomonem adiit ad illum tentandum ænigmatibus? *I. Reg. X.* & *II. Obrou. IX.* De Græcorum ænigmatibus. Cfr. MEINERS *Gesch.* — der Wissenschaften in Griechenland und Rom, I. B. p. 551 sqq. De veterum Scandinavorum studio iis tributo, vel ex Historia *Hervoræ* (Hervorar. Saga) C. 14 & 15, existimare licet ab Ænigmati quædam nostrorum Fennorum, in primis Ostrobothniensium, collegit atque edidit ante aliquot annos idem b. M. CHRISTER GANANDER, Sacell, in Frantzila par. Quo Slikajoki (Wafæ, 1783, 8;0) mediol ei ibi sive neze, quam in illo anno. Quare nec illa fere scripta

Alia autem res est, si studio atque consilio, occultandæ tantisper veritatis cauſſa adhibetur, quam nudam proferre consultum non videtur: quam ob cauſſam obscuritatis quodam involucro tegitur, ne aspere mox repudietur, sed placatiore poſtea animo penſitata, benignius excipiatur (t). Ad claritatem porro atque per-

ſila

(t) Hoc consilio, coniuncto cum altero illo, ut veritatem sensuali habitu indutam auditores faciliter luculentiusque perspicereſt & promiui agnoſcerent, Apologos live *Fabulas* (quas genus quoddam *Allegoriae* esse, infra demonstrabitur), ſaepē fuile olim adhibitas, nemo nescit. Vel unum exemplum sufficiat commemorare Fabulæ celebriſ, de orta inter ventrem reliquaque membra corporis, discordia, a Menenio Agrippa ad plebis Romanæ animos placandoſ feliciter adhibitæ: vid. Liviſ L. II. C. CXXXII. Cfr. Nathanis Prophetæ narrata R. Davidi Fabula; II Sam. XII. Quo artificio viros sapientes ingratam Despotis Orientalibus veritatem prolatus, Iapius uſos eſſe, reperimus. Simili consilio Emundum Legiferum Westrogothiæ, R. Olavo Skótkonung fabulas narrasse acerbam veritatem tegentes, docet STURLESONIUS Hist. Norveg. T. I. p. 517 ſq. (Edit. Peringsk.). Prudentiam etiam invaſiſſe aliquando, ut ad amicos scripturi non apertissime atque verbis cuivis mox intelligen- dis homines uiterentur, novimus; unde CICERO ad Atticum (L. II. Epift. XX) "De Republica, inquit, breviter ad te ſcribam: jam enim charta ne nos prodat, pertimesco. Itaque poſthac, ſi erunt mihi plura ad te ſcribenda, αλληγοριας obscurabo." Quo

spicuitatem Allegoriæ conciliandam, non modo exacta illa atque luculenta, adeoque facile observanda, imaginis adhibitæ cum re significata similitudo, quam nuper laudavimus, vehementer confert; sed etiam iusta Allegoriæ ipsius brevitas, ne sc. nimis copiosa & diligentia, aut adeo minuta, partium similium investigatione & descriptione, animos obriuat ac fatiget, frigusque sic tandem atque molestiam loco voluptatis parat (u).

loco vocabulum *Allegoria* (studio scilicet obscurioris factæ) eadem adhibet significatione, qua superiore *Epiſtola* XIX voce *Enigmatis* usus erat, ad eundem Atticum scribens: "Cetera erunt ex *curiosois*." Inter Odas etiam Horatii, Allegoriam occurrere obscuriorum, (in Ode XIV) ex studio natam prudentia similis suae anticipata imitanda, Interpretes ejus oculatores observant: quam nequam tam explicatu esse facilimam, vel exempla docent virorum sagacium (Mureti, Tan. Fabri, Dacerii, Gesneri?), qui obscuritate ejus turbati, ad nugas sibi potius abeundum, quam sensum Allegoricum a Fabio expresse traditum, amplectendum esse, putarunt. Ceterum observandum, cum duplarem habeat omnis Allegoria sensum, alterum *literalem*, qui imaginero depingit sensualem, alterum *figuratum*, qui rem spectat sub imagine exhibitam; obscuritatem de qua disputamus, ad hanc, minime vero ad illam, esse referendam. Perspicuas orationis ipsius, literalem sensum exhibentis, semper esse illustris debet, ac major etiam in hoc genere, quam in ullo alio. Quare nec ulla fere scripta

facilius & exactius ex una lingua converti in aliam possunt, quam Allegorica, diligenter ceterum examinata; idque etiam ab iis, qui figuratum eorum sensum vel parum accurate, vel omnino nihil intelligunt. Vid. CAMPBELL l. c. Vol. II, B. II, Ch. VIII, Sect. II, p. 148 sqq.

(v) Longior Allegoriae continuatio, Orationi intexta, præterquam quod sæpe fatigat animum Auditoris vel Lectoris, attentionem ejus diutius in una re detinendo, & hinc onerando; facile in affectatam degenerat diligentiam, atque molestam quandam curam, partes imaginis, rei significatae similes, nimis anxie perquirendi & excutiendi: quæ ubi ad minutias descendit, ac vere nugas, non potest non vehementer dissiplicere. Unde nec facilissimi sunt operis integra carmina unam aliquam Allegoriam persequentia; ac Fabulæ quævis, aut picturæ ac descriptiones rerum moralium Allegorica longiores &c: de quibus infra ex instituto disputabitur. Cfr. quæ de vitiis Metaphorarum nimis longe atque minute continuatarum, graviter monet BLAIR l. c. XVI. Vorles. p. 60. sqq.

